

ANTONII FABRI IC.

SEBVSIANI, ET IN SVPREMO

SABAVDIAE SENATV

PRIMARII PRAESIDIS,

DE ERRORIBVS PRAGMATICIS

ET INTERPRETVM IVRIS

CHILIADIS PARS PRIMA

IN DECADES XIV. DISTINCTA

Opus varium, nec illis tantum qui in foro, sed iis etiam, qui in scholis versantur, longe vtilissimum, ad vera, rectaque iuris principia capessenda, quorum ignoratione pragmatici vulgaresque interpretes passim caecutiunt.

EDITIO SECUNDA

[Handwritten signature]

Aucta capitum summaris, Indice legum explicatarum, atque variorum Iuris pronuntiatorum, qua ab autore exposita sunt, aut aduersus interpretum & pragmaticorum inscientiam luculenter defensa, elencho.



COLONIAE ALLOBROGVM.

SVMP TIBVS SAMVELIS CRISPINI.

CLC. 151. XII.



SERENISSIMO ATQVE INVICTISSIMO CAROLO EMANVELI

SABAVDIÆ DVCI, PEDEMONTIVM

Principi, Sebustianorum Domino,

&c. Antonius Faber

Sebustianus

P. F.



VM de Republica mihi semper visi sunt bene mereri omnes, qui iurisprudentiam tractant, Princeps invictissime, tum ii omnium optimè, qui sic tractant, vt ad præcepta sciëntiæ addant etiam iuris dicendi exercitacionem Nam quod de virtutibus verè proditum est, præcipuam earum laudem in actione, non in contemplatione consistere, id ipsum sanè de scientiis omnibus perinde dici potest, si eę excipiantur, quæ contemplatione ad eò constant vt actionis penitus sint expertes. Neque verò insulse Doctores istos *si modestior egi tunc magister d' dicitur* coribus assimilauerim, quæ acuendis gladiis, vt pūgere & scindere possint, aprissimæ, ad pungendum tamen vel scindendum sunt ipsæ prorsus inutiles, & inefficaces. Itaque cum iuris non scientiam, sed prudentiam dicere soleamus, fatebor equidem iurisperitos eos esse, at non æque prudentes, nisi nouo fortassis prudentiæ genere, quæ tota in docendo dicendoque tantum, non etiam in agendo versetur. In eoque mirandum certe, nescio an dolendum potius est, tot ætate nostra præstantissimos Iureconsultos sibi defuisse, qui in tradenda disciplina, ne Papiiano quidem, vt videbantur inferiores, si quando tamè ad praxim deueniendū fuit, vel de minima re interrogati aut obmutuisse, aut tam inepte respondisse memorantur, vt rudioribus pragmaticis præbuerint se ridendos. Ridiculi sane, qui rem. scitu



ANTONII FABRICII
SEBVSIANI, ET IN SVPRE-
MO SABAVDIE SENATV
PRÆSIDIS PRIMARI,

**

CHILIADIS

DE ERRORIBVS PRAGMATICORVM,
ET INTERPRETVM IVRIS,

PARS PRIMA.

DECAS PRIMA.

ERROR PRIMVS.

De tacita hypotheca ex chirographo agnito, vel denegato.

SVMARIA.

- | | |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 Debitoris bona omnia tacito pignoris iure creditori esse obligata, licet de pignore non conuenerit, vulgaris error est.</p> <p>2 Unde de error ab eius patronis probetur.</p> <p>3 Bona debitoris extra expressam conventionem obligata creditori regulariter non esse, & num. 16.</p> <p>4 Inter creditores chirographarios & hypothecarios differentia elegans.</p> <p>5 Ex eo quod vulgare est cōuentio de pignore non debet inferri eam subintelligendam esse cum est ommissa.</p> <p>6 Clausula constituti ubi ommissa est pro adiecta non habetur.</p> <p>7 Clausula per quam renuntiare fideiussores & correi solent exceptioni orationis & dissolutionis exprimi debet ut creditori proficiat.</p> | <p>8 Clausula codicillaris ex eo quod sit frequentissima non habetur pro adiecta quando ommissa est.</p> <p>9 Ex eo quod clausula quedam vulgò adiecti solent, ex notariorum stylo potius quam ex dictantium voluntate adiecta videri non debent.</p> <p>10 In vltimis voluntatibus interpretandis regulare est, ut plus dictum, minus scriptum non existimetur.</p> <p>11 Adeoque in contractibus, in quibus perpetuum est illud, propositum in mente retentum nihil operatur.</p> <p>12 Ex eo quod Iustinianus constituit, obligatis generaliter bonis omnibus etiam futura comprehendere non potest inferri, nulla pignoris obligatione expressa, tacitam subintelligendam esse.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|